Quelle: https://manuscripta.at/?ID=60
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



2

Universis et singulis quorum interest vel intererit aut quos infrascriptum tangit negotii seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur vel quatenus prefulgeant dignitate Wolfgangus permissione diuina Abbas monasterij Beate Marie virginis in Gottwico ordinis sancti Benedicti patauien dyoc Executor vnicus ad infrascripta a sede Apl'ica specialiter deputatus. Salute in domino sub scriptis fidem indubiam adhibere ac nostris huiusmodi ymo ueriis Apl'icis fiermiter obedire mandatis Litteras sanctissimi in xpo pris et dni domini Calisti diuina prouidentia pape Tertij nec non felicis recordationis Nicolai pape Quinti ipor veris Bullis plumbeis in cordulis canap more Romane curie bullatas sanas integras et illesas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio et suspitione carentes Nobis pro parte Venerabilis patris et domij domini Symonis ppositi et Conuentus Monasterij beate marie virginis in Neuburga claustrali Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini diete patauien dyoc coram notario publico et testibus infrascriptis vnacum ordinationibus de quibus in pmissis litteris Apl'icis fit mentio pritatis Nos cum ea qua decuit reuerencia nouerimus recepisse Quarum litterarum Apl'icarum tenores de verbo ad uerbum sequuntur et sunt tales.

Calistus Eps seruus seruorum dei Dilecto filio n Abbati Monasterij Gottwicen patauien dyoc Salutem et Apl'icam benedictionem. Dudum felicis